IN MATERIAS ORDINARIAS MATVTINAS ANNO

Superiori Bononiæ Expositas,

GREGORII MONTAGNANAE

EPITOME,

In qua ferè omnes præcipuas conclusiones, quæ in eis pertractantur, noua quadam methodo pub. proponit discutiendas.



Bononiæ, MDLXXIII.
Typis Alexandri Benatii.

Habita licentia à Superioribus.

Disputabuntur publicè per triduum in Florentissimo Bonon. Gymnasio, in Celeberrimo Excellentissimi Papij auditorio. Annuente Magnifico, & Generoso D. D. NEAPOLIONE de Comitibus Collis Medij vtriusq; Vniuersitatis iuristarum Priore Dignissimo, Mēse Decēbris, Diebus, & horis aliàs publicandis.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISS.
GABRIELI PALAEOTO
S. R. E.
CARDINALI AMPLISS.
BONONIAE EPISCOPO,
AC PRINCIPI
Patrono suo Obseruandissimo,

GREGORIVS MONTAGNANA

S. P. D.

ROMANI milites, CARDINALIS RELIGIOSISS. nō solū inscio Imperatore, licet optima se se offerret occasio, in certamen nō descendebant, verū neq; armis ipsis vtebantur, nisi in eis nomen ipsius Imperatoris esset incisum. Illud, ut Imperatorijs auspicijs, non propria auctoritate prouinciam, in qua de summa rerum agebatur, aggressi viderentur, hoc vt sæpe eius memoria, atque nomine excitati alacriores ad pugnandum redderentur. Hinc M. Valerius Coruinus sine CONS.

voluntate contra Gallum prouocantem singulare certamen committere noluit. Hinc Cymbris apud Vercellas uictis magis Q. Lutatio, quàm C. Mario ex iaculorum inspectione victoria ipsa fuit attributa. Ego igitur antiquorum morem secutus, cùm in hoc florentissimo Gymnasio tamquam in arena dimicare constituissem, primum abs te summo huius ciuitatis Pastore, ac Principe, cuius integritatem, sapientiam, ac iurisprudentiam ciues admirantur, exteri vbique prædicant, semel atq; iterum facultatem petij, hunc arma ipsa quibus sum dimicaturus clarissimis nominis tui radijs decorata emitto, teq; supplex obsecro vt ea tali patrocinio pro tua humanitate tuearis, quali frontis serenitate me ipsum Nicolao Randonio Vtriusque Signaturæ Referendario, & Francisco Bologneto Senatore intercessoribus in tuam clientelam recepisti.

DEVS OPT. MAX. te diu incolumem seruet.

Bononiæ. IIIJ. Id. Decemb. MDLXXIIJ.

Ad Lectorem.

PHILO Iudæus insignis ille Philosophus dicere (ut fertur) solitus erat artem, aut scientiam aliquam ita demum hominē iure optime, ac perfectè callere posse, si non solum artem, aut scientiam illam uniuersam perlegeret; sed eandem in compendium quoddam redigeret, atq; contraheret: sententia sanè & illo Philosopho, quem alterum Platonem Græcia iudicauit, & summa laude digna: Nam cum humana imbecillitas omnium, ac singularum rerum nos habere memoriam non patiatur, quis ignorat ex tali compendio, in quo, tanquam in idea non magno negotio cernuntur, quæ altoquin multis laboribus, ac uigiliis sunt comparata, maximam utilitatem pendere, ac proficisci? Hoc cum sæpe animo reuoluissem, partesq; illas præcipuas iuris ciuilis, & canonici, quæ matutinis, ac uespertinis lectionibus ordinariis in Gymnasiis explicatur destinato tempore partim Patauij, partim Bononiæ audißem; statui ne propter tenues ingenioli mei uires in tam amplo pelago periclitarer, animum, studiaq; mea in aliquem sinum reducere, qui et imaginem uniuersi iti-

I

neris præseferret, & quid in tali, tantaq; nauigatione præcipue foret obseruandum, ostenderet. Laboraui in hoc adeo, atq; insudaui, ut DEO auspice maiorem itineris partem, quamuis sit longum, atq; laboriosum, iam superauerim. Verum cum uestigia aliorum, & præsertim communia sæpe non sim secutus, immo noua aliquando attentauerim, rationi consentaneum, mea quidem sententia, fuit omnes terminos, fines, signa, ac metas adhuc obseruatas antequam ulterius progrederer publico congressui, atq; disputationi committere, ut ueritate postea inspecta, uel ardentiori desiderio captum iter perficere, uel ab eo maturius desistere: sicut enim aquila pullos ueros, ac proprios ab adulterinis secernit, eos radijs, & aspectui solis subijciendo, ita ego has obseruationes, uigiliasq; meas ueras, aut falsas esse cognoscam, cum splendori, iudicio, ac examini præstantissimorum uirorum fuerint proposita.

QVI ADMITTI AD BONORVM POSSESSIONEM possunt, & intra quod tempus.

LIB. SEXTO COD. TIT. IX.

PRolegomena maxime conferunt, teste C. Iurisconsul. tum ad prouocandũ nos ad cognitionem rei, de qua agitur, tum ad præstandam nobis eiusdem rei claram intelligentiam: omnis enim doctrina, & omnis disciplina, dicebat Arist. primo post. fit ex præexistenti cognitione. Non ab re itaq; cum in præsenti parte examinetur materia Bonorum possessionis, & sic successio illa quæ fuit inuenta à Pretoribus ex sua iurisdictione, præfari solent Scribentes, quænam fuerit eorum auctoritas. Nos quicquid ipsi communiter senserint, affirmamus.

1 Prætores neque per prius, neque per posterius habuisse auctoritatẽ legis condendæ. *Contra communem.*

Retenta hac opinione cessat inuestigatio illa cur. s. prætores non possent facere heredem, super qua interpretes omnes hic admodum laborarunt, occurrit enim Iustinianus inst. eo. in §. quos autem dum asserit per legem tantum, uel similem iuris constitutionem heredes fieri, uelut per S. C. & constitutiones principales. Quærendum esset itaq; cur per le

gem tantum hoc esset permissum, nam ad illud extat iam responsum ipsius Iustiniani. Quo ad conclusionem ut maior disputationi sit locus, sustinere conabimur,

2 Ipsis Prætoribus quoquo modo talē auctoritatem legis condendæ per prius, nō per posterius fuisse concessam; *Præter omnes*

3 Eorumq; edicta vim legis semper habuisse. *Noua opinio Excellentissimi Deciani.*

Hanc disputationem ne prorsus infructuosa sit, redigunt DD. ad praxim, dū similiter quærunt de auctoritate Prætorum recentiorum, sentimus,

4 Prætores nostros illis priscis æquiparari; *Cont. Bulg. De Nigrum, Cag. et alios.*

5 Posseque ex causa, iuramento nō obstante, recedere à dispositione iuris municipalis; *Cont. Bal. Cast. Ias. Rom. & alios.*

6 Etiam si de facili ad superiorem posset recurri. *Noua opinio Excellentissimi Bologneti Senioris.*

His de Prætoribus tanquam de causa habitis, uidendum est modo de bonorum possessione tanquam de effectu, & quia est multiplex, prius est distinguenda, et postea definienda: hunc enim esse rectum ordinem procededi docuit Arist. primo tali, & Plato in Symposio. Scinditur in primis à DD. in duas species, nepe in edictalem, et decretalem, et licet hodie talis distinctio non uideatur procedere, cum in acquirenda bonorum possessione decreto amplius non sit opus, sed ex const. Constantini de qua in. l. fi. cod. tit. nost. sufficiat simplex agnitio, quod etiā fatetur Iust. in l. fi. §. nos itaq; C. de Curat. fur.

 adeo

adeo quod quærendum esset hodie, numquid edictalis differat à iudiciali, tamen quia nõ desunt, qui contrarium sentiant affirmando in acquiranda bonorum possessione etiam hodie decretum esse necessarium, inter quos Alc. lib. paradox. cap. xiij. ideo disputationem istam amplectimur, & cõcludimus,

7 Edictalem à decretali non differre specie. *Contra cõmunẽ.*

8 Non differre quoque tanquam ordinarias, seu iuris, & extraordinarias, seu facti. *Contra nouã opinionẽ Bulg. Alciati & Aldob.*

9 Lubet affirmare quod non sint species Bonorum possessionis, *Præter omnes.*

Duas alias afferunt distinctiones, concludẽdo quod alia sit bonorum possessio generalis, & alia specialis, alia de iure ciuili, & alia de iure prætorio, quas reprobamus, quia firmiter tenemus,

10 Bonorum possessionem in genere non reperiri, *Contra nouã opinionem quorundam nouis.*

11 Nullamque posse dari de iure ciuili. *Contra cõmunẽ.*

Definitur bonorũ poss. hoc modo à Vlpiano, quod sit ius persequẽdi, retinendique patrimonij, siue rei, quæ cuiusq; cum is moritur, fuerit. Opponitur à nõ nullis quod sit concepta per effectus, hoc dato, et non concesso, maneat firma conclusio,

12 Definitionem per effectus esse bonam, omnibusque numeris absolutam. *Contra cõmunẽ.*

Explicitis prolegomenis deueniẽdũ est nunc ad inscriptionẽ huius tit. quæ (ut supra patet) sic se hẽt. Qui admitti ad bon. poss. possint, et intra quod tempus.

duas habet partes quarū altera respicit personas, quæ possunt admitti, altera tempus intra quod admittuntur. Circa utranq; proponitur notabilis quæstio, in prima enim dubitatur de legitimatione personæ necessaria, uel non; & in hac affirmamus.

13 In agnoscenda bonorum possessione legitimationem personæ non esse necessariam. *Contra cōmuni*

14 Etiam apparente contradictore. *Cont. ferè oēs.*

In altera quæritur de præsumptione circa congruitatem temporis. Verū id uidendum antequā ulterius procedamus, ne in æquiuoco laboremus, aduertimus, pluribus modis de hac quæst. dubitari posse, primo nūquid ille qui agnoscit bonorū possessionem teneatur tunc probare, se agnoscere intra tempus; secundo an post agnitam, illi, qui agnouit, incumbat onus probandi, casu quo opponatur, uel hoc factū non fuisse, uel si factum, non tamen intra congruum tempus ita sentit instar omnium solus Papia. his num. 9. omissis duobus prioribus capitibus talis in ultimo sit conclusio.

15 Illum, qui iam agnouit bonorum possessionem præsumi cōgruo tempore eam agnouisse, & per cōsequens non teneri ad probandum, si ei controuersia moueatur. *Contra cōmunē*

16 Nolumus tamen agentem possessoria hæreditatis petitione, præsumi bonorum possessionem agnoscere, seu agnouisse. *Contra cōmunē*

17 Etiam si ex narratis in libello, vel aliunde constaret

oppstare ipsi iudici agentem prius non agno uisse. Cót. nouã Bulg. & Zucard. opinionem.

Pro complemento uestigia interpretum secuti, ut ad aliquam frugem perducantur ea omnia, quae satis confuse hic, & alibi accumulantur circa materiam continuationum, asserimus.

18 Continuationem Tit. ad Tit. esse necessariam. Cótra Bal. cum. Aret. cag. Ripam & alios.

19 Hoc quoq; in initijs librorum locum habere uolumus. Cótra cómunẽ.

20 Factam ad remota, & ex incidenti esse bonam. Contra Salyc. Lanc. Saccum et alios.

21 In eisque faciendis nullam posse dari certam rationem, sed sufficere qualem qualem. Noua opinio Excellentissimi Deciani.

Rubrica sic redacta super qua plus iusto scriben ter, quã super alia iuris ciuilis, Barbatia enim inter alios ad sustinendam molem quaestionum, quae in ea disputantur. lxxx. Ducales Egregias, ac in aeuum duraturas posuit columnas; succedat nunc Lex. Prima in qua Imppp Seuerus, & Antoninus AA. Macrinae in haec uerba rescripserunt. Lex Prima Eo. Tit.

Ius municipale disponens quod bonorum possessio

22 Minus recte obseruant aliqui haec uerba, dum affirmant bonorum possessionem, & possessionem bonorum inter se differre ratione istius preposterationis. Cótra cómunẽ.

Filio familias delata.

23 His uerbis nõ obstantibus cõcludimus ipsã

bonorum

bonorum possessionem iure inspecto potius patri, quam filio delatam dici: Cótra cómune

24 Etiam de iure nouissimo legis finalis Codice de bon. quæ lib. Prater omne

Verum dubitatur hic quando dicatur delata, & licet clarum uideatur responsum Terentij Iurisconsul. dicentis delatam dici, quando quis eam adeundo consequi potest, insurgit tamen notabilis difficultas, dubitatur enim nunquid iureconsul. loquatur, de potentia respectu hæreditatis, & personæ simul; an uero de potentia respectu hæreditatis tantum; & per consequens nunquid hæreditas dicatur tantum delata, quando cessat omne impedimentum & in persona, & in hæreditate, an uero etiam quando adest impedimentum in persona; ueluti si infanti, uel furioso esset delata, cesset tamen in hæreditate, quia relicta esset pure, nos hanc opinionem tueri conabimur,

25 Delatam non improprie dici, licet adsit impedimentum respectu personæ. Contra cómun

Hinc inferimus.

26 *I*us municipale disponens quod delata hæreditas ad quoscunq; transmittatur comprahendere illam, quæ infanti, ignoranti, furioso, vel absenti est delata. Contra cómun

Cum ignorante quoque patre possit peti, Extendimus hæc uerba, ut locum habeant etiam apparēte cōtradictore, & per consequēs affirmamus,

27 In agnoſcenda bonorum poſſeſsione appa- rente contradictore patris conſenſum ne ceſſarium non eſſe.

Ea tamen adeo reſtringimus ad terminos, & limites petitionis, ſeu agnationis, ut etiam hodie reſpectu acquiſitionis nullo modo procedant, cuius contrarium uoluerunt interpretes dicẽtes filiumfam. hodie, hoc eſt poſt diſpoſitionem Iuſtiniani, de qua in. l. fi. C. de bon. quæ lib. poſſe non ſolum ignorante patre bonorum poſſeſsionem petere, ut hic dicitur; ſed etiam acquirere abſq; eius ratihabitione, licet ſcius eſſet tempore. l. noſt. & l. fi. ff. quis ordo, mouentur ex eo quia cũ nouiſsime per. l. illam cautum ſit quod poſsit acquiri patre inuito, ergo eo ignorãte, conſequentiã probãt per. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Verum & ſi Ias. atteſtetur omnes DD. & antiquos, & recentiores ita tenere, Angelo excepto, cui (inquit ipſe) parũ tamquã ſibi cõtrario eſt credendum, opinionem tamen contrariam ueriſsimam eſſe arbitramur, & ſic. a Contra cõ munem.

28 Filiumfam. nõ poſſe acquirere hodie bonorum poſſeſsionem patre ignorante, licet poſsit eo inuito.[b]

Hic, antequã ulterius procedamus, eſt animaduertendum, quod maxima difficultas circa prædictam concluſionem excitari poteſt: dicet enim quiſpiam tu eam propoſuiſti in terminis agnitionis bonorum poſſeſsionis, & tamen text. in d. l. fi. in alijs loquitur b Contra cõ munem.

puta aditionis hæreditatis; falsum est itaque præsuppositú illud, quod filius possit hodie acquirere bonorum pos inuito patre: unde huiuscemodi cóclusio uidetur indubitabilis, cum nihil noui circa agnitionem bonorum possessionis inductum sit istud motiuum re uera uidetur alicuius momenti, & miror admodum, quomodo Scribêtes accedant ad disputationem istam ita simpliciter, ut id prius non conentur tollere; Verú unico uerbo possumus occurrere dicentes Acursium tam hic, quam in d. l. fi. cú quo communiter pertranseunt alij, præsupponere d. l fi. loqui etiam de bonorum possessione: quo communi, & receptissimo præsupposito stante, conclusio redditur dubijssima propter consequentiam illá. l. qui pôt. Sed ut latior disceptandi campus sit, audemus asserere,

29 Legem finalem. C. de bonis quæ liberis non loqui de agnitione bonorum possessionis,[a]

30 Quicquid tamen in ea dispositum est circa aditionem hæreditatis habere locum in ipsa agnitione.[b]

a *Contra có munem.*

b *Cótra Salyc.* Nigrum *& Sapiam.*

Emolumentum etiam patri allatura. *Emolumentum istud olim in totum acquirebatur patri; hodie uero tantum respectu usufructus secundum interpretes. Riccardus* Malumbra *& Alciat. fuerunt in hac opinione quod hæc sententia indistincte non esset uera, nempe quo ad bona materna, nos libenter*

per-

pertransimus cum eis affirmando.

31 De iure antiquo filiumfam. habuisse proprietatem in bonis maternis.[a]

32 Quinimo etiã vsumfructum casu quo succederet ab intestato.[b]

Si ratam petitionem pater habuerit. Cum ratihabitio patris bifariam possit considerari uti expressa, quando scilicet re ipsa ratum habet, & uti tacita, ueluti quando resultat ex taciturnitate, & diuturnitate temporis: Ideo non immerito dubitatur, nunquid text. noster de utraq; uerificari possit; & licet tribus modis de hac quæst. possit dubitari, ut recte animaduertit Cag. hic numero 61. in ultimo tamẽ solo inest difficultas, in quo uerior opinio uidetur illa,

33 Tacitam ratihabitionem patris ad acquirendam bonorum possessionem non sufficere.[c]

34 Etiam si filius patre sciente cœpisset possidere intra statuta tẽpora, vel etiã si sequens in gradu non agnouisset.[d]

Cum iam sit conclusum, ratihabitionem patris esse necessariam, casu quo filius ignorante patre bonorum possessionẽ agnoscat, dubitari nõ immerito convenit, quid iuris respectu filij, si pater ratum nõ haberet: & breuiter dicat Decius quicquid uelit in tribus lecturis, asserimus,

35 Patre nõ ratũ habente ipsum filiumfam. ex agnitione facta non obligari.[e]

a Cõtra ferè omnes.

b Noua opinio Excellẽtissimi Rimi nal. Iunioris.

c Cõtra cõmunem.

d Cõtra Salyc. Cornei, & Decij opiniones.

e Cõtra Decium.

I

neris præseferret, & quid in tali, tantaq; nauigatione præcipue foret obseruandum, ostenderet. Laboraui in hoc adeo, atq; insudaui, ut DEO auspice maiorem itineris partem, quamuis sit longum, atq; laboriosum, iam superauerim. Verum cum uestigia aliorum, & præsertim communia sæpe non sim secutus, immo noua aliquando attentauerim, rationi consentaneum, mea quidem sententia, fuit omnes terminos, fines, signa, ac metas adhuc obseruatas antequam ulterius progrederer publico congressui, atq; disputationi committere, ut ueritate postea inspecta, uel ardentiori desiderio cœptum iter perficere, uel ab eo maturius desistere: sicuti enim aquila pullos ueros, ac proprios ab adulterinis secernit, eos radiis, & aspectui solis subiiciendo, ita ego has obseruationes, uigiliasq; meas ueras, aut falsas esse cognoscam, cum splendori, iudicio, ac examini præstantissimorum uirorum fuerint proposita.

QVI ADMITTI AD BONORVM POSSESSIONEM possunt, & intra quod tempus.

LIB. SEXTO COD. TIT. IX.

PRolegomena maxime conferunt, teste C. Iurisconsul. tum ad prouocandū nos ad cognitionem rei, de qua agitur, tum ad præstandam nobis eiusdem rei claram intelligentiam: omnis enim doctrina, & omnis disciplina dicebat Arist. primo post. fit ex præexistenti cognitione. Non ab re itaq; cum in præsenti parte examinetur materia Bonorum possessionis, & sic successio illa quæ fuit inuenta à Prætoribus ex sua iurisdictione, præfari solent Scribentes, quæ nam fuerit eorum auctoritas. Nos quicquid ipsi communiter senserint, affirmamus.

1 Prætores neque per prius, neque per posterius habuisse auctoritatē legis condendæ. *Contra communem.*

Retenta hac opinione cessat inuestigatio illa cur. s. prætores non possent facere heredem, super qua interpretes omnes hic admodum laborarunt, occurrit enim Iustinianus inst. eo. in §. quos autem dum asserit per legem tantum, uel similem iuris constitutionem heredes fieri, ueluti per S. C. & constitutiones principales. Quærendum esset itaq; cur per le

gem tantum hoc esset permissum, nam ad illud extat iam responsum ipsius Iustiniani. Quo ad conclusionem ut maior disputationi sit locus, sustinere conabimur,

2 Ipsis Prætoribus quoquo modo talē auctoritatem legis condendæ per prius, nō per posterius fuisse concessam; *Præter omnes.*

3 Eorumq; edicta vim legis semper habuisse. *Noua opinio Excellentissimi Deciani.*

Hanc disputationem ne prorsus infructuosa sit, redigunt DD. ad praxim, dū similiter quærunt de auctoritate Prætorum recentiorum, sentimus,

4 Prætores nostros illis priscis æquiparari; *Cont. Bulg. Dec. Nigrum, Cag. et alios.*

5 Posseque ex causa, iuramento nō obstante, recedere à dispositione iuris municipalis; *Cont. Bal. Cast.*

6 Etiam si de facili ad superiorem posset recurri. *Ias. Rom. & alios.*

His de Prætoribus tanquam de causa habitis, uidendum est modo de bonorum possessione tanquam de effectu, & quia est multiplex, prius est distinguenda, et postea definienda: hunc enim esse rectum ordinem procedēdi docuit Arist. primo tali, & Plato in Symposio. Scinditur in primis à DD. in duas species, nepe in edictalem, et decretalem, et licet hodie talis distinctio non uideatur procedere, cum in acquirenda bonorum possessione decreto amplius non sit opus, sed ex const. Constantini de qua in. l. fi. eod. tit. nost. sufficiat simplex agnitio, quod etiā fatetur Iust. in l. fi. §. nos itaq; C. de Curat. furi *Noua opinio Excellentissimi Bologneti Senioris.*

adeo quod quærendum esset hodie, numquid edictalis diferat à iudiciali; tamen quia nō desunt, qui contrarium sentiant affirmando in acquiranda bonorum possessione etiam hodie decretum esse necessarium, inter quos Alc. lib. paradox. cap. xiij. ideo disputationem istam amplectimur, & cōcludimus,

7 Edictalem à decretali non differre specie. *Contra cōmunē.*

8 Non differre quoque tanquam ordinarias, seu iuris, & extraordinarias, seu facti. *Contra nouā opinionē Bulg. Alciati & Aldob.*

9 Lubet affirmare quod non sint species Bonorum possessionis, *Præter omnes.*

Duas alias afferunt distinctiones, concludēdo quod alia sit bonorum possessio generalis, & alia specialis, alia de iure ciuili, & alia de iure prætorio, quas reprobamus, quia firmiter tenemus,

10 Bonorum possessionem in genere non reperiri, *Contra nouā opinionem quorundam nouis.*

11 Nullamque posse dari de iure ciuili. *Contra cōmunē.*

Definitur bonorū pos. hoc modo à Vlpiano, quod sit ius persequēdi, retinendique patrimonij, siue rei, quæ cuiusq; cum is moritur, fuerit. Opponitur à nō nullis quod sit concepta per effectus, hoc dato, et non concesso, maneat firma conclusio,

12 Definitionem per effectus esse bonam, omnibusque numeris absolutam. *Contra cōmunē.*

Explicitis prolegomenis deueniēdū est nunc ad inscriptionē huius tit. quæ (ut supra patet) sic se hēt. Qui admitti ad bon. pos. possint, et intra quod tempus.

duas

duas habet partes quarũ altera respicit personas, quæ possunt admitti, altera tempus intra quod admittuntur. Circa utranq; proponitur notabilis quæstio, in prima enim dubitatur de legitimatione personæ necessaria uel non; & in hac affirmamus

13 In agnoscenda bonorum possessione legitimationem personæ non esse necessariam. Contra cõmuné.

14 Etiam apparente contradictore. Cont. ferè oés.

In altera quæritur de præsumptione circa congruitatem temporis. Verũ id uerum antequã ulterius procedamus, ne in æquiuoco laboretur, aduertimus pluribus modis de hac quæst. dubitari posse, primo nũ quid ille qui agnoscit bonorũ possessionem teneatur tunc probare, se agnoscere intra tempus, secundo an post agnitam, illi, qui agnouit, incumbat onus probandi, casus quo opponatur, uel hoc factũ non fuisse, uel si factum, non tamen intra congruum tempus ita sentit instar omnium solus Papia. hic num. 9. omissis duobus prioribus capitibus talis in ultimo sit conclusio.

15 Illum, qui iam agnouit bonorum possessionem præsumi cõgruo tempore eam agnouisse, & per cõsequens non teneri ad probandum, si ei controuersia moueatur. Contra cõmunē.

16 Nolumus tamen agentem possessoria hæreditatis petitione, præsumi bonorum possessionem agnoscere, seu agnouisse. Contra cõmunē,

17 Etiam si ex narratis in libello, vel aliunde constaret

o stāte ipsi iudici agentem prius non agno uisse: *Cót. nouá Bulg. & Zucard. opinionem.*

Pro complemēto uestigia interpretum secuti, ut ad aliquam frugem perducantur ea omnia, quae satis confusè hic, & alibi accumulátur circa materiam continuationum, asserimus.

18 Continuationem Tit. ad Tit. esse necessariam. *Cótra Bal. cum. Aret. cag. Ripam & alios.*

19 Hoc quoq; in initijs librorum locum habere uolumus *Cótra cómuné.*

20 Factam ad remota, & ex incidenti esse bonam. *Contra Salyc. Lanc. Saccum et alios.*

21 In eisque faciendis nullam posse dari certam rationem, sed sufficere qualem qualem. *Noua opinio Excellentissimi Deciani.*

Rubrica sic redacta super qua plus insistum scribenter, quá super alia iuris ciuilis, Barbatia enim inter alios ad sustinendam molem quaestionum, quae in ea disputantur. lxxx. Ducales Egregias, ac in aeuum duraturas posuit columnas; succedat nunc LEX. PRIMA. *in qua Imppp. Seuerus, & Antoninus* AA. *Macrinae in haec uerba rescripserunt.*

Ius mmunicipale disponens quod bonorum possessio Lex Prima Eo. Tit.

22 Minus recte obseruant aliqui haec uerba, dum affirmant bonorum possessionem, & possessionem bonorum inter se differre ratione istius praeposterationis. *Cótra cómuné.*

Filio familias delata.

23 His uerbis nō obstantibus cócludimus ipsā bonorum

bonorum possessionem iure inspecto potius patri, quam filio delatam dici: Cótra cómun

24 Etiam de iure nouissimo legis finalis Codice de bon. quæ lib. Præter omne

Verum dubitatur hic quando dicatur delata, & licet clarum uideatur responsum Terentij Iurisconsul. dicentis delatam dici, quando quis eam adeundo consequi potest, insurgit tamen notabilis difficultas; dubitatur enim nunquid iurecons. loquatur, de potentia respectu hæreditatis, & personæ simul; an uero de potentia respectu hæreditatis tantum; & per consequens nunquid hæreditas dicatur tantum delata, quando cessat omne impedimentum & in persona, & in hæreditate, an uero etiam quando adest impedimentum in persona, uelut si infanti, uel furioso esset delata, cessaret tamen in hæreditate, quia relicta esset pure, nos hanc opinionem tueri conabimur,

25 Delatam non improprie dici, licet adsit impedimentum respectu personæ. Contra cómun

Hinc inferimus.

26 *I*us mnnicipale disponens quod delata hæreditas ad quoscunq; transmittatur compræhendere illam, quæ infanti, ignoranti, furioso, vel absenti est delata. Contra cómun

Cum ignorante quoque patre possit peti. Extendimus hæc uerba, ut locum habeant etiam apparẽte cótradictore, & per cõsequẽs affirmamus,

27 In agnoscenda bonorum possessione appa- rente contradictore patris consensum ne- cessarium non esse.

Ea tamen adeo restringimus ad terminos, & limi- a Contra cō munem.
tes petitionis, seu agnationis, ut etiam hodie respe- ctu acquisitionis nullo modo procedant, cuius con- trarium uoluerunt interpretes dicētes filiumfam. hodie, hoc est post dispositionem Iustiniani, de qua in l. fi. C. de bon. quæ lib. posse non solum igno- rante patre bonorum possessionem petere, ut hic di- citur; sed etiam acquirere absq; eius ratihabitione, li cet secus esset tempore l. nost. & l. fi. ff. quis ordo, mouentur ex eo quia cū nouissime per l. illam cau- tum sit quod possit acquiri patre inuito, ergo eo in- gnorāte, consequentiā probāt per l. qui potest. ff. de reg. iur. Verum & si Ias. attestetur omnes DD. & antiquos, & recentiores ita tenere, Angelo excepto, cui (inquit ipse) parū tamquā sibi cōtra rio est credendum, opinionem tamen contrariam uerissimam esse arbitramur, & sic.

28 Filiumfam. nō posse acquirere hodie bono- rum possessionem patre ignorante, licet possit eo inuito.[b]

Hic, antequā ulterius procedamus, est animaduer- b Contra cō munem.
tendum, quod maxima difficultas circa prædictam conclusionem excitari potest: dicet enim quispiam tu eam proposuisti in terminis agnitionis bonorum possessionis, & tamen text. in d. l. fi. in alijs loquitur

puta aditionis hæreditatis; falsum est itaque præsuppositū illud, quod filius possit hodie acquirere bonorum pos inuito patre: unde huiuscemodi cōclusio uidetur indubitabilis, cum nihil noui circa agnitionem bonorum possessionis inductum sit istud motiuum re uera uidetur alicuius momenti, & miror admodum, quomodo Scribētes accedant ad disputationem istam ita simpliciter, ut id prius non conentur tollere; Verū unico uerbo possumus occurrere dicentes Acursium tam hic, quam in d. l. fi. cū quo communiter pertranseunt alij, præsupponere d. l fi. loqui etiam de bonorum possessione; quo communi, & receptissimo præsupposito stante, conclusio redditur dubijssima propter consequentiam illā. l. qui pōt. Sed ut latior disceptandi campus sit, audemus asserere,

29 Legem finalem. C. de bonis quæ liberis non loqui de agnitione bonorum possessionis, [a]

30 Quicquid tamen in ea dispositum est circa aditionem hæreditatis habere locum in ipsa agnitione. [b]

a Contra cōmunem.

b Cōtra Salyc. Nigrum & Sapiam.

Emolumentum etiam patri allatura. *Emolumentum istud olim in totum acquirebatur patri; hodie uero tantum respectu ususfructus secundum interpretes. Riccardus* Malumbra & *Alciat. fuerunt in hac opinione quod hæc sententia indistincte non esset uera, nempe quo ad bona materna, nos libenter*

per-

pertransimus cum eis affirmando.

31 De iure antiquo filiumfam. habuisse proprietatem in bonis maternis.[a]

32 Quinimo etiã vsumfructum casu quo succederet ab intestato.[b]

Si ratam petitionem pater habuerit. Cum ratihabitio patris bifariam possit considerari uti expressa, quando scilicet re ipsa ratum habet, & uti tacita, ueluti quando resultat ex taciturnitate, & diuturnitate temporis: Ideo non immerito dubitatur, nunquid text. noster de utraq; uerificari possit, & licet tribus modis de hac quaest. possit dubitari, ut recte animaduertit Cag. hic numero 61. in ultimo tamẽ solo inest difficultas, in quo uerior opinio uidetur illa,

33 Tacitam ratihabitionem patris ad acquirendam bonorum possessionem non sufficere.[c]

34 Etiam si filius patre sciente cœpisset possidere intra statuta tẽpora, vel etiã si sequens in gradu non agnouisset.[d]

Cum iam sit conclusum, ratihabitionem patris esse necessariam, casu quo filius ignorante patre bonorum possessionẽ agnoscat, dubitari nõ immerito conuenit, quid iuris respectu filij, si pater ratum nõ haberet: & breuiter dicat Decius quicquid uelit in tribus lecturis, asserimus,

35 Patre nõ ratũ habente ipsum filiumfam. ex agnitione facta non obligari.[e]

a Cõtra ferè omnes.

b Noua opinio Excellẽtissimi Rimi nal. Iunioris.

c Cõtra cõmunem.

d Cõtra Salyc. Cornei, & Decij opiniones.

e Cõtra Decium.

36 Ampliatur vt procedat etiam hodie non obstante dispositione .l. fi. C. de bon. quæ lib.[a]

Ratio cur filiusfam. obligetur in contractibus, & nō in agnitione bonorum possessionis difficulter, & uario modo per omnes hic, & per Alciat. lib. quarto. Parad. cap. secūdo, assignatur, sed hoc ipsum respectu rei de qua agitur omni difficultate carere uidetur, si consideretur quod in contractibus interuenit actus perfectus aliud enim puta ratihabitio patris non expectatur, unde merito ipse filius obligatur, in agnitione autem secus est, quia actus perfectus considerari nequit, cum ex .l. dispositione expectetur ipsa patris ratihabitio, alio itaq; tendit difficultas, quia quærendum esset cur in agnitione, & non in contractibus ratihabitio requiratur, & licet. Vlpianus in .l. qui in aliena in prin. ff. de acq. hæ. uideatur occurrere, dū inuit hoc esse. Ne paterfam. æri alieno inuitus obligetur, animus tamen non acquiescit, quia adhuc possumus quærere cur magis pater absq; ratihabitione obligaretur in agnit. quā in contractibus continentibus commodum, & incommodū. Neq; tuta est illa resp. quod primo casu cōmoda ab incommodis non possint separari propter actus indiuiduitatē, secus in secundo, quia hæc quoque ratio militat in contractibus quorum acquisitio transit in patrem cum causa, & onere anexo .l. contra iuris. § si filius ff. de pac. prout optime ani-

a Preter omnes.

15

55

*maduertit Clarissimus Riminaldus Iunior hic nu-
mero. 160.*

Amittitur transacto tempore. Colligitur ex his uerbis, quod scientia, & negligentia filij in petenda bonorũ possessione nocet patri, quia (ut hic dicitur) amittitur transacto tempore. Pro exacta intelligẽtia huius articuli, animaduertimus equiuoce admodum dubitasse interpretes, nunquid tacita repudiatio, idest ut ipsi exponunt noluntas filij in agnitione inducta per negligentiam, & lapsum temporis magis noceret patri, quam expressa repudiatio, ipsi perumque affirmasse illam, non istam praeiudicare patri, quia mutant terminos, cum enim clarũ, & exploratum sit expressam repudiationem nullo tempore nocuisse patri, debebant quęrere an ista tacita noluntas filij inducta per negligentiam, magis noceret patri, quam eius noluntas inducta per expressum dissensum, in quibus terminis clare monstrabitur.

37 Vtrãque repudiationem tam tacitam, quam expressam ante l. fin. C. de bon. quæ lib. nocuisse patri.[a]

38 Hodie uero tacitam tantum nocere.[b]

Limitatur hæc cõclusio, ut nõ procedat, quando ultra tẽpus, et scientiã filij concurreret malitia, minus tamen recte, quia ad aures Iurisconsl. & Impp. est.

39 Tacitam repudiationẽ nocere patri, etiã si filius, malitiose pateretur labi tempora.[c]

a Præter omnes.

b Cõt. But. Bel. Pollyt. Ias. Deciũ. Nigrum, Sapiam & Zucardum.

c Cõtra cõmunem.

Prædictum uerbu (tempore) sic indefinite positum, communiter exponitur, idest unius anni, siue ueniat ex capite unde liberi; siue ex capite unde agnati; siue unde cognati. Omissis cōsultationibus de quibus hic per scribentes; tum quia sunt extra materiā, tum quia habent proprias sedes, dubitamus tantum quid dicendum in filijs emancipatis: & in filijs succedentibus matri, & tam illis, quam istis fauentes, concludimus,

40 Filios emancipatos habere prædicta tria capita,[a] a Præter omnes.

41 Et tam ipsis quam filijs succedentibus matri cōpetere prædictum anni tempus.[b] b Noua opinio tacta per Excellē tiss. Bolog. Seniorē.

42 Et hic obiter ostendetur, filium hodie per emancipationem capite nō minui.[c] c Præter omnes.

Extra uerba l. nostræ quæri potest una cum interpretibus, cur in aditione hæreditatis requiratur iussus, & in agnitione bonorum possessionis sufficiat ratihabitio. Articulus certe subtilis, ac difficilis est, licet parum utilis, ut utar uerbis Iag. hic num. 87. sed ne in præsenti parte nostra qualis qualis sententia desideretur, dicimus id quod sentimus, uestigia Bart. in l. iij. §. acquirere ff. eo. secuti. Uerum ante omnia duo sunt præsupponenda. Alterum quod ea ratione filiusfam. non potest adire hæreditatem absq; iussu patris, ne ipse pater inuitus æri alieno obligetur, ut supra dictum fuit per d. l. qui in aliena quod etiā in agnit. bonorū possessionis locum habere,

re, est concedendū, cum ipsa ad exemplū aditionis fuerit introducta, alterū quod Ius ciuile considerat rigorem, prætorium æquitatē. His stantibus rigore inspecto nulli dubium, quod si in aliquo actu consensus requiratur à princ. non sufficit, si actui iam perfecto, adhibeatur. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæred. Verū æquitate inspecta secus est: quod enim iussus à princ. uel ratihabitio postea interponatur, quo ad æquitatē idem, ac unum est; modo aditio hæreditatis est de iure ciuili, agnitio bonorum possessionis de iure prætorio ergo nimirū si per ius prætorium conceditur illud, quod negatur per ius ciuile, & hoc sentit fortasse iureconsf. in d. l. qui in aliena, dum postquam dixit in hæreditatis aditione requiri iussum, subiungit Sed in bonorū possessione placuit ratā haberi posse, quasi uelit inuere, licet subtilitate iuris ciuilis inspecta hoc fieri nō possit, cum tamen simus in successione prætoria, in qua æquitas tantū consideratur, placuit &c. Non discrepant uerba Impp. in præsenti parte, dum aiunt. Cum ignorante quoq; patre possit peti: innuunt enim quod regulariter non debet peti, uerū si petatur admittitur, ratione prædicta. Et ex his ad Laudem. D. O. M. expedita sit hæc materia, & si est huiusmodi, ut possit, teste Cagnolo, præparare disponereq; ingenia scholastica ad quascūq; difficultates edomandas, alacriori animo ad Rub. & l. unicam. Quando non pet. partes, Deo auspice, accedamus.

QVANDO NON PETENTIVM PARTES petentibus accrescant.

EOD. LIB. TIT. X.

AD exactam intelligentiam iuris accrescendi, cuius materia in presenti parte pertractatur, redigendo ad aliquem ordinem ea, quæ tradunt hic Scribentes, uidendum est quid sit ipsum ius accrescendi; unde prouenniat; & cur fuerit introductum: ex his enim habebimus eius essentiam, originē, & causam, quibus absolutis, absoluta quoque erit præsens Rub. quo ad primū ex definitionibus iam traditis, magis applaudet illa Cuma. in l. Celsus. §. quod alicuius de lega. 2. quod s. sit legalis quædam substitutio. Verum quia definitio debet esse clara: datur enim ut sciatur id de quo disputatur, ut dicebat Cic. primo. offic. & hæc petit in princip. quia adhuc potest quæri quid sit legalis substitutio, ideo forte plenius ex mente Imp. hic, & iurecons. in l. qui ex duabus ad finem. ff. de acq. hæred. & in l. iij. in fi. iunctis duabus sequent. ff. de bon. possess. sic ratione cōcreti, pōt definiri. Ius accresc.

est pars deficientis accrescens petenti, & succedenti ex.l.dispositione. Neq; erit nouus modus definiendi, si inspiciatur def. illa legati tradita ab Hermonopolo Lib. 5.tit x. dum dicit, quod legatum est res quam moriens nō ratione successionis hæreditariæ reliquit. Quo ad secundum in quo merito cadit disputatio opinamur,

43 Ius accrescendi prouenire ex.l. & per cōsequens succedentem dici venire ex dispositione legis, non hominis.[a] *a Cotra cō munem.*

Extremum remanet caput in quo admodum se torquent DD. sed cæteris rationibus omissis placet illa, quæ colligi potest ex traditis à Decio in.l. prima num.42.in 2.lectura infra eo.et ab Alciato lib.4 Paradox.cap. 8. dum respondet secundo Iasonis argumento, & est huiusmodi. Quoties pars aliqua hæreditatis deficit, siue renunciatur, tunc res ipsa per fictionem retrotrahitur, et deducitur ad tempus mortis testatoris.l.si tibi homo.§.cum seruus ff.de legat. primo.l.iiij.§.utrum.ff. quæ in fraud. pat.l.si dominus.§.fi.&.l.quia ff. ad.l.aquil.quo casu aut uolumus quod ille de unius hæreditate agitur fecerit testamentum, aut non, si fecit ea ratione portio deficiens accrescit alijs, ne ipse censeatur pro parte testatum, & pro parte intestatum decessisse; si non fecit ex necessitate quadam adijcitur alijs, quia cū totum negotium sit deductum ad tempus mortis intestati, et per consequens repudians in nulla sit

 consi-

consideratione, isti qui succedunt non possunt nisi totum acceptare. l. unica. §. bis ita C. de cad. tol. Accedamus nunc ad. l. unicam, et modo quo supra factum est uerba contex. examinemus.

44 Imp. Gordianus Aug. Marthanæ. LEX VNICA EO. TIT.

Quotiens pluribus liberis. elicitur ex his uerbis quod ius accrescendi habet locú inter plures, idem esse dicunt Scribentes in uno, & eodem qui esset institutus in diuersis portionibus, sed quia contrarium omnino sentimus, succedat conclusio,

45 Ius accrescendi in vna, eademq; persona in diuersis portionib. instituta nullo modo locum habere posse.[a]

a Noua opinio Excellétiß. Deciani.

Cessante legitima successione. Pro intelligentia horú uerborum declarant hic omnes quot modis legitima successio in iure capiatur, reiectisq; diuisionibus uulgaribus, eá potissimá esse asserunt, quæ successionem ipsam scindit in illam, quæ ab intestato de iure ciuili, & in illam, quæ ex testamento, proficiscitur; uerum insurgit notab. difficultas: dubitatur enim an utraq; proprie legitima dicatur, cum Budeo, Alc. et Excellentissimo Riminaldo concludimus,

45. Hæreditatem ex textamento proprie dici legitimam.[b]

b Contra cómunem.

Hinc corollarie infertur.

46. Minus fortasse recte Alexandrum de iure respondisse, dú voluit ad emphytheusim, quam quis stipulatus est pro se, & legitimis

mis hæredibus vocari hæredes ab intesta to,& non ex testamento.[a] *a Cõtra cõmunem.*

47 Neque placet opinio Cagnoli asserentis in terminis prædictæ quæstionis neque hæredes ab intestato, neque ex testamento ad emphytheusim vocari.[b] *b Contra Cag.*

Hanc opinionem, ut dictum sit quod sentimus, defendendam proponimus,

48 Hæredes tantum ex testamento esse admittendos.[c] *c Opinio Decij & Excellentiss. Rimi.cõt.Alc.*

Beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus.

Hæc uerba uidentur pati hanc difficultatem. Beneficium Prætoris de quo hic fit mentio, & per consequens ipsa bonorum possessio non potest competere absq; præsentia iudicis. l. fi. supra tit. primo ergo falsum est illud quod dicitur in textu nostro, nempe ex iure accrescendi portionem deficientem alteri acquiri ipso iure, & sic absque presentia iudicis. Sed tollitur dum affirmamus,

49 Agnitionem, siue (vt dicũt) decretum interpositum super vna parte extendi ad totum.[d] *d Contra Decium & alios.*

His solis qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentium accrescere in dubium non uenit.

Clarissimus nobis uidetur contex. iste ad probandum quod ius accrescendi respicit personas ipsas, ideo, reiecta quacunque expositione interpretum contrarium sentientium, aperte monstrabitur,

50 Portionem deficientem accrescere personæ.[a] *a Præter omnes.*

Hac desputatio, quæ secundum (ag præcipua, & fundamentalis est ad frugem deducitur, dum, sumpta ex ea occasione, quæritur an ius accrescendi, siue portio deficiens transeat in emptorem, uel in uenditorem portionis hæreditariæ, articulus est de principalibus punctis materiæ. l. Re coniuncti. ff. de legat. tertio in quo arbitramur.

51 Ipsum ius accrescendi transire in venditorem portionis hæreditariæ,[b] *b Contra cōmunem.*

52 Venditoremque ipsum non teneri ad restituēdū illud, quod cōsequitur ex iure accrescendi,[c] *c Cont. distinctionem Dec. Sap. Pollyt. Alc. & aliorū.*

53 Etiam si venditio esset facta cum omnibus iurib. quomodolibet spectantibus ad portionem venditā, & illius occasione.[d] *d Cont. distinct. Ripa.*

His contenti, utilissimam Substitutionum materiā, quæ ex ordine se se offert, amplectamur.

DE IMPVBERVM, ET ALIIS SVBSTITVTIONIBVS.

COD. LIB. TIT. XXVI.

PRecibus, ac rogationibus. D. O. M. fusis, ut nobis in tam difficili, subtili, ac profunda materia sit auxilio, l. Precibus aggredimur: et antequã ad eius uerba more solito perpẽdẽda deueniamus, cæteris omißis, id unum, quod est necessarium, ut cognoscatur id de quo disputamus, nullo modo prætermittimus, substitutionem scilicet ipsam esse unius loco alterius in hæreditate subrogationem à testatore facta, ita secundum Soc. Iun. in l. Centurio num. 17, ff. eo potest definiri, ut euitẽtur tot difficultates, quas patitur des. illa Acur. in Rub. ff. de uulg. & pupil.

IMPP. DIOCLETIANVS, ET *Maximianus. A A. et. C C. Patronæ.* *Lex* VIII.

Precibus tuis manifestius exprimere debueras.

54 Hæc verba non probare id quòd affirmarũt interpretes sentimus, nempe inepte interroganti benigne esse respondendum.[a]

a Cõtra cõmunem.

Maritus

Maritus quondam tuus miles defunctus.

55 Minus probant hæc id, quod voluerunt Recentiores in.l. centurio.ff. eo. conciliando.l.nostram cum illa, Impp.ſ. hic loqui de eo, qui tēpore mortis miles nō erat.[a]

a Contra nouam opinionē Recentiorum.

Communem uestrum filium.

56 His recte perpēsis facile prædictæ.ll.ad concordiam redigi poſsunt.[b]

b Noua opinio Excellentiſſimi Mantuæ.

Quod ſiquidem in patris militis. Ex his uerbis, iunctis his, quæ habētur infra in uerſ.ſi uero poſt pubertatem, colligitur inſigne priuilegium militibus conceſſum: iſti enim poſt aditam hæreditatem, & poſt pubertatem directò ſubſtituere poſſunt, hoc fatētur omnes; licet in terminis.l.noſt. ex quadā cauſa, quæ uario modo aſsignatur, ſubſtitutio ipſa poſt pubertatē obliquetur. Deueniendo ad praxim dubitari poteſt quid iuris ſit in militibus noſtri temporis, & iſtis fauendo, concludimus,

57 Ipſis militibus recētioribus, priuilegiū directò poſt pubertatem, & poſt aditam hæreditatem ſubſtituendi competere.[c]

c Contra cōmunem.

58 Indiſtinctè, etiam ſi non vacent rei militari pro Repub.[d]

d Cōtra omnes.

Sed cum DD. noſtri dicantur & ipſi in gymnaſiis militare, non modica circa eos inſurgit difficultas.

Verum quicquid ſit non dubitamus,

59 Iposſiuris interpretes huiuſcemodi gaudere priuilegio,[e]

e Cōtra cōmunem.

Et

60 Et hoc idem in Cardinalibus omnino procedere arbitramur. [a]

a Côtra cômunem.

Isti enim uiri Illustrissimi, ac Reuerendissimi, uteriq; milites cœlestis militiæ tã in Urbe in Sacrosancto, et Apostolico Senatu apud Summum PONTIFICEM, *quam extra, continuo militant, & occupati sunt* pro. *S. R. E. ac uniuersa* Repub. *Christiana. Opportune autem hic quæri potest, cur hoc militibus fuerit concessum Socinus Senior, & alij affirmarunt causam fuisse præsumptam ignorantiam, & simplicitatem iuris ipsorum militum, sed magis placet ratione prærogatiuæ, & dignitatis eis ita ab antiquis indultũ esse, ut nõ minus doctè, quã uere ostendit Excellentissimus Sfortia Oddus in Tractatu Cõpend. 5. partic. quæst. iij. 2. præmisso: cũ. n. milites possint uti hoc priuilegio extra castra, ut est cõmunis opinio, de qua ipse attestatur, ibi. 3. præmisso concl. 4. ergo ex prædicta causa prærogatiuæ, & dignitatis, non autẽ simplicitatis, uel ignorãtiæ cõpetit, clarissima est consequentia, quia si ratione simplicitatis, et ignorantiæ competeret, falsum esset, quod possent milites eo uti extra castra: huiuscemodi enim priuilegia extra castra locum non habent, cum peritiores cõsuli possint, quod fatetur oẽs in. l. centurio. ff. eo. in specie Galliaula ibi num. 34. hinc cessat inuestigatio illa, cur tale priuilegium paganis non concedatur: repugnat namque regula illa iuris, Qui semel fuit amplius nõ potest desinere*

esse

esse hæres, à qua in militibus ratione prædicta fuit recessum.

61 *Positus potestate.*

His verbis non obstãtibus putamus pupillarem substitutionem à milite non habente filios in potestate fieri posse.[a] — a Cõtra ferre omnes.

Primo casu tantũ habuit substitutum; & patri hæres extitit, eo defuncto ad te omnimodo eius pertineat successio.

Pro resolutione illius arduæ, ac difficilis quæstionis de tacita pupillari contenta in expressa uulgari, quæ hic examinatur, ante omnia putamus animaduertendum,

62 Perperam, pupillarem cõtentam in expressa vulgari ab interpretibus tacitam fuisse appellatam,[b] — b Cõtra ferè omnes.

63 Differentiamque illam, quod potius pupillaris contineatur in expressa vulgari, quã quod expressa vulgaris ad eam extendatur inutilẽ, ac superfluã esse ostẽdemus.[c] — c Noua opinio Cõt. Angel. et Curt.

64 Tandem existentiam matris non posse altęrare naturam prædictæ substitutionis, & per consequens matre existente in medio pupillarem contineri in expressa vulgari, defendere conabimur.[d] — d Cõtra Pet Vaconiũ & alios.

His iactis, deueniendo ad rem ipsam uerbis tex. nost. non obstantibus omnino arbitramur,

65 *I*psam pupillarem contentam in expressa vulgari excludere matrem.[e] — e Cõtra cõmunem.

Si uero substitutio & in secundum casum uel expreßa. Probant haec uerba iunctis sequentibus, quod expressa pupillaris excludit matrem; & licet respectu legitimae quo ad forum fori nõ nullas patiatur difficultates, tamẽ disputatione (extat .n. alibi expressa decisio) non est opus, sed cũ praedicta cõclusio satis sit rigorosa, dubium uertitur, quid iuris inspecto foro conscientiae, & fauendo in praesenti parte pietati maternae cum Archid. & alijs conclusum sit.

66 Expressam pupillarem ipso foro conscientiae inspecto matrem à legitima non excludere.[a]

[a] Contra cõmunem.

Vel compendiosa.

67 Non obstante quod pupillaris contenta in compẽdiosá aequiparetur hic per Impp. pupillari expressae, eam tamen non excludere matrem sicut illã credimus.[b]

[b] Praeter omnes.

Non usque ad certam aetatem factam reperiatur.

68 Ex his verbis colligimus, Directam militarem factam sine expreßione temporis post pubertatem obliquari.[c]

[c] Cõt. Duarenũ sapiẽ & alios.

Et hic iterũ agetur de conciliatione, & intellectu. l. nost. & l. Centurio. ff. eo. quibus iuribus nouus accõmodabitur intellectus.

Si uero post pubertatem. Elicitur ex isto uers. fi. quod compendiosa facta a milite uerbis directis post pubertatẽ obliquatur, dubitatur modo, et est articulus indigẽs Imperiali decisione teste Cag. hic num. 193:

quid dicendum si huiuscemodi substitutio esset facta à pagano: Amplectimur opinionem Ioan. And. qui uoluit,

69 Ipsam compendiosam factam à pagano filio impuberi verbis directis post pubertatem trahi ad fideicom.[a] a Cotra cómunem.

Velut ex iusta causa fideicommissi. Quærit hic Accursi & cum eo Interpretes omnes quid matris intersit, quod substituti ueniant potius ad successionem ipsam ex fideic. quàm ex directa substitutione. Tres præcipuas proponit utilitates: primam reprobat, quam approbamus, reliquas approbat, quas improbamus: putamus enim

70 Trebellianicam habere locum in testam. militis iure. ff. & C. inspecto.[b] b Cótra cómunem.

71 Iura sepulchrorum transire in fideicom.[c]

72 Directam militarem non includere legitimam etiam de iure. ff. & C.[d] c Cótra seré omnes.

Ex his explicita sit præsens lex, succedatq; nunc Authen. Ex causa infrà de lib. præterit. d Cótra cómunem.

DE LIBERIS PRAETERITIS.

COD. LIB. TIT. XXVIII.

SIcuti ex paruulo fonte latentes riuuli, ingentiáq; flumina solent emanare, ita sæpe in iure nostro ex breui admodum lege, seu cõstitutione infinitæ, ac inextricabiles quæstiones solent proficisci. Indicat hoc apertissime postrema huius tit. quam aggredimur, cõstitutio, si breuis hæc structura uerborum, & scripta Interpretum considerentur. Ad breuitatem tamen poterunt omnia redigi, si omissis remotis Illationibus, & his, quæ habent proprias sedes, ea tantum, quæ pendent ex uerbis ipsius cõtex. examinentur. Id unum præmittimus quod uerba ipsa (prout notũ est) non sunt alicuius Imperatoris, sed d. Irnerij antiqui glossatoris, sumpta tamen ex Nouella Iustiniani xxij. Vt cũ de appel. cognosc. Collat. octaua: Ipse enim ex mãdato Friderici Imperatoris hanc, & omnes alias similes constitutiones, quas authenticas uocamus, selegit ex lib. Nouellarum, seu Authenticorum & in Codicem inseruit, quod factum fuit anno ab hinc D L X X. in hac Alma Ciuitate Bononiæ, in ecclesia. D. Petri.

pro ut alibi refert Old. Bal. & Decius.

Ex causa exhaeredationis. Cum exhaeredatio tribus potissimum modis possit considerari cum causa legitima quae postea probatur, uel non, cum illegitima, & absq; causa, ideo dubitatur de qua loquatur tex. nost. in prima nulla est difficultas dubium uersatur in secunda, & tertia in quo

AVTHEN. EX CAVSA SODIT.

73 Placet opinio Dyni asserentis dispositionē huius authenticae non habere locum in exhaeredat. facta cum causa illegitima, vel sine causa.[a]

[a] Cōtra ferè omnes.

Vel praeteritionis. Hic cadit articulus ille celebris, nūquid haec dispositio habeat locum quādo pater praeterijt filium iam natum: predicta nanq; uerba possunt intelligi de praeteritione materna, & dato quod de paterna intelligerentur, fundamentum in eis fieri non potest, sed ad textum in corpore Authent. recurrendum est, qui similiter difficultatem nō tollit. Ambiguus adeo, et perplexus est articulus iste, ut ipsi Bart. aurigae nostro uisum sit, decisione Imperiali opus esse. Hinc statuit Fulg. dum Constanciae concilium celebraretur summum PONTIFICEM *consulturū, quod tamen non perfecit. Bart. tandem pro resolut. distinxit scientiam patris ab ignorantia, & uoluit quod ita demum praesens dispositio conseruatiua legatorum haberet locum in praeteritione paterna, si pater praeteriret filium iam natum scienter. Signorolus* Homodeus, *& cum eo*

Colle-

Collegium Mediolanense ex diametro totum contrarium iudicauit. Quicquid sit neutram opinionẽ amplectimur, sed insectamur illos, qui affirmarunt

74 Dispositionem istam non habere locum in præteritione paterna circa filium iam natum indistinctè.[a] *a Cõtra cõmunem.*

Hic dubitatur de non nullis extẽsionibus circa prædictam quæstionem, quid iuris scilicet respectu posthumi, respectu nepotis, & respectu filij emancipatis et licet hæc omnia uideantur resoluta ex assertione præcedentis conclusionis, nullatenus tamẽ uestigiá omnium interpretum secuti, eorum disputatio est omittenda, firmamus itaq;

75 Hanc eandem dispositionem non habere locum in prætérit. posthumi, nepotis, & filij emancipati.[b] *b In omnibus cont. cõmunem.*

Irritum est. Ex his uerbis oritur notabilis dubitatio, queritur enim an hoc casu testamentum intelligatur irritum ipso iure nec, ne, breuiter concludimus.

76 Causa legitima inserta, sed non probata testamentum non esse ipso iure nullum.[c] *c Cõt. mart. Iacobũ, & Irn.*

77 Hoc idem sentimus causa illegitima inserta, uel nullo modo expressa.[d] *d Cõtra ferè omnes.*

Testamentum. Propria huius uerbi est hæc inuestigatio. In isto testamento in quo filius fuit perperam exhæredatus, & ex quo, ut dicitur hic reijcitur inst. conseruando legata ipsa, & similia, apposita fuit clausula codicillaris, cuius ea est natura, ut reiecto

testa-

testamento, uenientes ab intestato succedant, & teneantur ueluti ex causa fideicommissi restituere hæreditatem ipsam instituto, retenta Trebel. quæritur modo nunquid filius in terminis huius const. teneatur retentam Trebel. quia hæres; & forsitan legitima quia filius, restituere residuum hæredi instituto, una cum Accursio ab omnibus ferè reprobato, non teneri arbitramur, & sic

75 Clausulam codicillarē appositam in testamento in quo filius perperam fuit exhæredatus non operari fideicom.[a]

Quoad hæredis institutionem: Cū institutio ipsa sit duplex altera, quæ d. dicitur facta in primo gradu, de qua expresse loquitur tex. nost. altera in 2. quæ & substitutio dicitur; dubitatur an hæc dispositio habeat locū etiā in ista secunda, et quia hæc eadem est in triplici differ. quæri potest quid iuris in una quaque prima ut omnes hic fatentur nullam habet difficultatem, secunda controuersij iuris est; & eius resolutio difficilis, & de apicibus iuris, ut testatur Cag. hic num. 101. Pro clariori intelligentia, ne in æquiuoco laboremus, animaduertimus, quod in hac quæst. potest dubitari tam de pupillari facta filio exhæredato, præsupposito quod pater ei substituisset, quam de pupillari facta alteri filio instituto. Verū in hoc ultimo casu consistit DD. altercatio prout asserit Ripa, qui etiam ita distinguit in l. 1 num. 32. ff. de uulg. & pup. & in hoc putamus.

Rupto

[a] Cótra ferè omnes.

76 Rupto testamento ex causa exhæredationis substitutionem pupillarem non conseruari.[a]

Extremum remanet caput ex tribus propositis discutiendum de fideic. subst. seu fideic. uniuersali, cuius quæstionis termini sunt huiusmodi, pater instituit extraneum, eumque rogat, ut hæreditatem alteri restituat, seu alterum per fideicommissariā ei substituit, filium autem exhæredat. Causa exhæredationis non probata testamentum respectu institutionis rumpitur, legata uero, fideicommissa, & similia conseruantur, dubium uertitur in isto fideicommisso uniuersali, nunquid scilicet præstandum sit ab ipso filio illi cui fuisset præstitum ab instituto, si testamentum non corruisset fauēdo ipsis filijsfam. concludimus negatiue, & sic clarius loquendo dicimus.

77 Rupto testamēto ex supra dicta causa fideicommissum uniuersale non conseruari.[b]

Cætera namque firma permanent. Cum legata rupto testamento ex causa exhæredationis hodie conseruētur, ut elicitur ex prædictis uerbis, & apertius in corpore unde sumitur contextus iste, dubitant & merito interpretes qua actione peti possint: frustra enim conseruarentur nisi ad ea obtinenda daretur actio.

78 Placet opinio Petri asserentis legata, quæ conseruantur hodie per constitutionem istam condictione ex.l. esse petenda.[c]

Ex tota serie horum uerborū Bart. et cum eo Scribentes

a Cōtra cōmunem.

b Contra cōmunem.

c Contra cōmunem.

bentes inferunt ad infinitas ferè quæstiones. Vnã nullo modo prætermittendam esse putamus: Dum enim dicitur in textu quod firma in materia nostra remanent cætera, quæri potest, nunquid dandum hæredi gratia conditionis implendæ reciso testamento firmum maneat, nec ne, Bartolum instar omnium secuti concludimus affirmatiue, & per consequens.

82 Ipsi hæredi esse soluendum id quod debetur gratia conditionis implendæ.[a]

a Cõtra ferè omnes.

Superest. l. fi. C. de edicto D. Adriani tollendo.

DE EDICTO DIVI ADRIANI TOLLENDO, ET QVEMADMODVM SCRIptus hæres in possessionem mittatur.

EOD. LIB. TIT. XXXIII.

CUm Iustinianus Imperat. *in extrema huius tit. parte, quæ ex ordine superest examinanda, mentionem faciat de uicesima, cuius quidem materia satis est occulta, merito ne nihil antiquitatis penitus ignoretur, non nulla de ipsa ante omnia sunt dicenda: optime enim dicernimus, si ab initio rerum originem inspicimus Arist.* 1. *Pol. Animaduertendum est itaq;* R*empub. Romanam inter alios prouentus, et uectigalia id unum habuisse, quod uicesima appellabatur, hæc autem erat in duplici differẽtia, nam altera detrahebatur ex pecunia, quam secum afferebant Impp. ex prælio redeuntes, & dicebatur aurũ uicesimarium, de qua Liuius lib.* vij. *Decad.* iij. *altera uero proueniebat ex bonis filiorumfam. uel seruorũ, casu quo illi à patria potestate, isti à dominica liberarentur, fuitq; ex eo dicta uicesima manumissionum, de qua Liuius Lib.* vij. *Decad.* I. *& Riualius lib.* 2. *Hist. iuris ciuilis. Vtraq; teste eodem*

Liulo in remotioribus partibus ærarij seruabatur, ut in Relpub. calamitatibus presto esset, Augustus tandem, ut meminit Dion lib. LV. et nō Adrianus, ut arbitratus est Bart. maximis imminentibus periculis, & necessitatibus tertiam prædictis adiecit: uoluit. n. quod uicesima pars totius hæreditatis, quæ alicui deferebatur fisco applicaretur. Qua l. sancita uariæ postea emanarunt restrictiones, & prouisiones ad prædictam uicesimam spectantes à Nerua, à Traiano, à M. Antonio Philosopho, & ab Adriano introductæ, ut ex Plinio Iun. in Panegirico in laudem Traiani confecto, ex Iulio Paulo lib. iij. Receptarum sententiarum, & ex Iulio Capitolino facile liquet, quæ omnia non à Iustiano, ut communiter uoluerunt DD. sed à Gratiano fuerūt sublata, quod auctoritate Ausonij affirmat Alc. lib. iij. Dispunct. cap. 6. & licet Cuiaccius in comētarijs ad Iulium Paulum supra citatū neget Ausonium hoc dicere, uidetur tamen ita fateri in illis carminibus, in quibus dicit Traianum tributa condonasse, sed partibus retentis, quas postea in totum Gratianus remisit: hoc enim in loco expresse sentit de uectigali uicesimæ, quod partim à Traiano, sed in totum ab ipso Gratiano fuit sublatum, quod etiam animaduertit Catanæus in supra citato Plinij loco, uerum quicquid sit certum est per Iustinianum hoc factum non fuisse, cum ipsemet hic fateatur uicesimam ipsam à Repub. recessisse. Non

nulla

nulla de uicesima uti fragmenta eliciuntur ex. l. 2. §. Seruius uers. Ex his auditoribus ff. de orig. iur. ex. l. si. ff. de appel. recip. ex. l. funeris sumptus. ff. de religios. & sumpt. fun. & ex. l. filiusfam. §. Diui 2. de legat. 1. sed qui rem ipsam copiose uidere uult, adhibeat Aemiliu Macrum in. l. hæreditatum. ff. ad. l. fal. & doctissima commentaria Clarissimi Menochij de Adipiscenda possess. in 4. remedio. Et ne hæc omnia infructuosa sint, accómodando ea temporibus nostris affirmamus.

83 Statutum quo cauetur uectigal de hæreditatibus esse soluendum iustum, ne dum ualidum esse.[a]

a Cótra omnes.

Hac ualiditate præsupposita inferrimus

84 Huiuscemodi statutum compræhendere etiam hæreditates paternas delatas filijsfam.[b]

b Contra có munem.

Deueniamus nunc ad. l. ipsam, uerbaq; Iustiniani Imperatoris Iulio. P. P. rescribentis sigillatim obseruemus.

L. FINALIS EO. TIT.

Edicto D. Adriani quod sub occasione uicesimæ partis hæreditatis introductum est cum multis ambagibus, difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente.

85 His verbis non obstantibus putamus hanc. l. quo ad edictum Adriani potius limitatoriam quam correctoriam esse.[c]

c Contra có munem.

86 Hoc idem arbitramur quo ad suos effectus.[d]

d Opinio Excellentissimi Menochij.

87 His quoque verbis non probari sentimus, quod. l. correcta interpraetationes etiam correctae intelligantur.[a] *a Contra cō munem.*

88 Sed quicquid sit quo ad text. nostrum, notabile illud Decij, & aliorum, quod correcta. l. omnia, quae eius occasione facta sunt censeantur correcta, tutum non videtur.[b] *b Cōtra se rè omnes.*

Sancimus si quis ex asse, uel ex parte institutus. Colligitur ex his uerbis iunctis sequentibus, quod testamentum respectu missionis in possessionem habet executionem paratam. Verum quia text. nost. dicit hoc procedere quando aliquis ex asse, uel ex parte fuisset institutus, dubitant Scribentes, & bene de non nullis similibus casibus, quos, ut ordinate procedamus, hoc modo subnectemus: dubitabimus enim 1. an hoc idē procedat in haerede instituto in re certa. 2. in legatario. 3. in fideicōmissario. 4. in subst. 5. in haerede haeredis scripti, demum in Episcopo executore testam. in quo pauperes CHRISTI sunt instituti. Quo ad primum praemittimus de hac quaestione quatuor modis dubitari posse, primo quando institutus in re certa solus reperitur ex eo quia cohaeres ei non fuit datus, & hoc casu res ipsa est clara, quod testamentum habet executionem paratam, & per consequens quod ei competit beneficium praedictum: iudicatur namq; ex. l. dispositione uti haeres uniuersalis, & perinde est ac si in uniuersum institutus

stitutus fuisset. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredib. inst. secundo quando habuit cohæredem vniuersalem, qui tamen repudiauit, iste etiam casus non indiget aliqua discussione, quia idem concluditur quod in præcedenti, cum mediãte iure accrescendi pro hærede vniuersali habeatur. l. si duo. ff. de acqui. hæred. cum similibus, tertius, & quartus est casus, et hi dubij, quando hæreditas à cohærede vniuersali nũdum fuit adita, aut repudiata, uel adita fuit, & in his cõclusiue loquendo sentimus,

89 Instituto in re certa cui datus est cohæres vniuersalis, qui nundum adiuit, vel repudiauit, competere beneficium. l. nost.[a] a Cõtra cõmunem.

90 Neque negandum esse habenti cohæredem vniuersalem, qui iam adiuit.[b] b Cõtra cõmunem.

Quo ad secundum de legatario, id unũ est animaduertẽdum, quæstionẽ scilicet istam procedere iuxta terminos. l. nost. nempe respectu missionis in possessionem coram iudice petitæ, ueluti quando res aliqua immobilis ipsi legatario fuisset relicta, nõ autẽ intelligenda est respectu proprietatis contra hæredẽ obtinẽdæ, in quo sæpe æquiuocauerunt Interpretes: cum enim sit ampliatio regulæ, debet intelligi secundum regulam, regulam autem loqui in hoc casu indicãt aperte illa uerba mittatur quidẽ in possessionẽ. & quæ sequuntur, hoc stãte concludimus

91 Ipsum legatarium gaudere hoc beneficio.[a] a Cõtra ferè omnes.

Quo ad tertium de fideicommissario uniuersali;

Bart.

Bart. distinguit tres casus, sed tota difficultas consistit in ultimo, quando scilicet nec re, nec uerbo facta est restitutio, amplectimur sententiā affirmat, & asserimus

92 Idem iuris esse in fideicōmissario vniuersali cui nec re, nec verbo facta est restitutio.[a]

Quo ad quartum de substituto, respectu expresse substituti, res ipsa secundum Decium hic num. 27. cum quo pertranseunt cæteri de plano procedit: fatentur enim omnes, quod ei competit istud beneficiū, respectu etiam illius; qui uenit ex præsumpta, seu (ut dicunt) tacita subst. pauci admodum contradicunt, licet plures patiatur difficultates, ut late ostēdit Excellentiss. mus Menochius d. quarto remedio de Adipiscēdā poss. quæst. 29. num. 220. communia uestigia secuti affirmamus.

93 Substitutū succedentē ex vulgari contenta in pupillari, vel è contra, quo ad hoc non esse deterioris conditionis, quam substitutū succedentem ex expressa vulgari, vel pupillari.[b]

Quo ad secundum de hærede hæredis scripti, cum opinione affirmatiua sicco pede pertranseunt omnes, uerum quia, ut dicebant Recent. Corrigienses hic, conclusio ista non caret probabili dubitatione, ideo ne eius disputationem omittamus, dicimus,

94 Ipsi hæredi hæredis scripti hoc beneficium omnino esse concēdendum.[c]

a Cōtra ferè omnes.

b Cōtra Ias. & alios.

c Cont. id quod sentit Ias. et alij.

Superest

Supereſt extremum caput de Epiſcopo, in quo fauore religionis, & pauperum concludimus,

95 Neq; ipſi Epiſcopo executori teſtamenti, in quo pauperes CHRISTI ſunt inſtituti hæredes, aliquo modo eſſe negãdum.[a]

a Cót. Angel. Aret. et alios.

Competenti iudici. Dubitari hic ſolet quis dicatur in materia noſt. competens iudex. Competentia autem bifariam poteſt conſiderari, ideſt tam reſpectu bonorum, quam reſpectu perſonæ, ſeu iurisdictionis. Omiſſo primo capite, in quo potius cadit diſtinctio quam diſputatio; in altero talem proponimus concluſionem.

96 Iudicem non habẽtem mixtum imperium, & ſic Magiſtratum Municipalem dici cõpetentem quo ad caſum l. noſt. etiam reſpectu executionis, non apparente quoque contradictore.[b]

b Cótra ferè omnes.

Dixi etiam reſpectu executionis, & non apparente quoque contradictore, quia reſpectu cognitionis, & apparente contradictore, omnes fatemur iudicem prædictum competentem eſſe. Et retenta ſupra dicta opinione ceſſat indagatio illa, cur magis reſpectu cognitionis, quã reſpectu executionis, & cur magis non apparente cõtradictore, quam apparente Minor magiſtratus dicatur competens, ſuper qua ſatis ſe torquẽt DD. Tãdem ſumpta occaſione ex prædicta diſputatione, dubitant nunquid cauſa huius miſſionis in poſſeſſionem poſſit delegari, &

ri, & breuiter distigunt cognitionem, & actualem possessionem, dicuntque respectu cognitionis posse delegari, nō respectu actualis possessionis; sed quia talis distinctio non placet affirmamus.

97 Causam istam missionis in possessionē posse delegari respectu actualis possessionis.[a]

a Cōtra ferè omnes.

Testamentum ostenderit. In unum redigendo ea omnia, quæ occasione prædictorum uerborum sparsim hic tradunt Scribentes, posset in primis dubitari, nūquid sufficiat si testamētum istud sit nuncupatiuū; de eo enim quod in scriptis conficitur loquitur text. nost. 2 si ualeat tantum de iure prætorio. 3. si sustineatur tantum fauore filiorum, ex eo quia sit imperfectum; Postremo an id quod dictum est de testamento ad codicillos extendi possit, quæ omnia consulto disputationi non subijcimus, ne receptissimas opiniones defendere uideamur, aut id, quod nos quoque sentimus, cogamur impugnare. Loco prædictorum supradictis uerbis non obstantibus, cōstanter asserimus.

98 Remedium huius constitutionis concedi etiam hæredi ab intestato, ne dum ex testamento.[b]

b Cōtra ferè omnes.

Non cancellatum neq; abolitum. Probant hæc uerba quod testamentū ipsum, & sic originale in quo hæres est scriptus demōstrari debet, et ideo in hoc casu.

99 Placet illatio quod exemplum ipsius testamenti non sufficiat.[c]

c Contra cō munem.

Retenta

100 Retenta tamen affirmatiua displicet limitatio, quod exemplum sumptũ manu alterius notarij, quam illius, qui testamen. scripsit, idoneum non sit.[a] a Cõtra Ias. & alios.

Neque ex quacunq; suæ formæ parte uitiatum. *Sentiũt hic Impp. à contrario sensu, quod uitium uisibile, ueluti cancellatio, abolitio, et similia impediãt hãc missionem in possessionẽ. Verũ restringitur hoc, ut procedat tãtum quo ad uitiũ circa locũ substantialem, restrictione tamẽ erit opus si probab.mus,*

101 Vitium visibile indistinctè impedire beneficium istius. l. siue sit in loco substantiali, siue non.[b] b Cõtra cõmunem.

Sed quod prima figura sine omni uituperatione appareat.

102 Male obseruantur hæc verba, dum ex eis infertur iudicem in possessorio apparentiam sequi debere.[c] c Cõtra Decium.

Et depositionibus testium legitimi numeri uellatum sit. Cum dicatur hic expresse quod testamentum debet continere depositiones testium, hoc est sigilla, & subscriptiones, dubitatur quid iuris respectu exceptionis falsitatis super prædictis qualitatibus admittendæ nec non, concludimus.

103 Exceptionẽ falsitatis super manu testat. vel sup deposit. testiũ nõ esse admittẽdã.[d] d Cõtra cõmunem.

Mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt. Hinc dubitant scrib. quomodo orta controuersia quod bona aliqua nõ fuerint testatoris tempore mortis, hæres ipse, qui ex beneficio istius legis fuit missus in possessionẽ,

posſit euitare onus probandi, & concludunt hanc esse optimam cautelā, si curet, quod publicus nūcius, cuius facto fuerat missus in posseſsionem, referat se hoc fecisse in bonis, quæ erant ipsius testatoris tempore mortis: tūc enim creditur, inquiunt ipsi, prædicto nūcio, nec hæres aliter tenetur probare. Verum quia hæc cautela satis periculosa uidetur, ab ea recedendo dicimus.

104 Hæredi misso in posseſsionem ex dispositione huius legis incumbere onus probādi, quod bona fuerint testatoris mortis tempore, & sic publico nuncio hoc asserenti non credi.[a]

a Cōtra cōmunem.

Non autem legitimo modo ab alio detinentur. Tractatur hic materia cōtradictoris legitimi, in qua DD. tot capita, tot ampliationes, ac restrictiones constituunt, ut materiā ipsam magistralē potius quā disputabilem reddant. Cæteris itaque omiſsis, nō discedendo à limite uerborum, et sequēdo Azonis opinionem, affirmamus tantum.

105 Illum qui habuit titulum tempore mortis defuncti, & posseſsionem postea, detinere, seu possidere legitimo modo, & per consequens legitimum cōtradictorem dici posse.[b]

b Contra Bart. Cast. & alios.

Et eam cum testificatione publicarum personarū accipiat. Vidimus supra quid iuris quādo oritur dubium circa bona posseſsa, uel nō posseſsa à testatore tēpore mortis, nunc prædicta uerba dant materiam,

ut uideamus quid dicendum quando dubium, & lis uersatur circa missionem ipsam, in quo capite conclusum sit.

106 Hæredem teneri mediante publica scriptura ad probandam missionem in possessionem fuisse factam auctoritate iudicis, testes autem non sufficere.[a]

a Contra Decium.

Sin autem aliquis contradictor extiterit, tunc in iudicio competenti, causa in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis uentilentur, & ei possessio acquiratur, qui potiora iura ex legitimis modis ostenderit, siue qui missus est, siue qui antea detinens contradicendum putauerit. Indicant expresse hæc uerba quod possessio illi conceditur, qui potiora iura habet, potiora autem intelliguntur respectu rei, de qua agitur, possessionis s. et hinc infertur exceptionem super defectu proprietatis non admitti. Sed hæc conclusio his uerbis limitatur.

07 Oblata probatione incontinenti, Exceptionem super defectu proprietatis, seu dominij admitti.[b]

b Cōtra nō nullos nouissimos.

Nullis angustijs temporum huiusmodi missione coarctanda, sed siue tardius, siue permature aliquis missus est legis tantūmodo arbitriū requiratur, & causam unde uel missio, uel contradictio exoritur: Siue.n. post annale tēpus, siue post maioris æui curricula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitime formato testamento, missio procedat nullum temporis ei obijciatur obstaculū: nisi tantū tēporis effluxerit, quod possit uel possessori plenissime securitatem (super dominio) præstare, uel ipsi, qui missus est omnem intentionem excludere, &c. Cum antiquitus ex edicto Adr. bona efficerētur

tur caduca, nisi missio in possessionem intra annũ peteretur, ut refert Cuiaccius in commentariis supra citatis lib 3. tit. 5. & lib. 4. tit. 6. Iustinianus uolens consulere huic rigori in. §. nullis. 1. disponit quod hæc missio quoquo tempore peti possit, postea in uers. nullis, limitat, Difficultas tantum residet super illis uerbis, Plenissimæ securitatem et super dominio pro quorũ intelligentia quærunt Interpretes de effectu præscriptionis x. uel xx. annorum in rebus immobilibus respectu dominij; in hac enim specie præscriptionis præsupponunt Imperatorem fuisse locutum, conclusum sit.

108 Ex præscriptiõe x. vel xx. annorũ in rebus immobilibus directũ dominiũ acquiri.[a] a Côtra cõmunem.

Hacq; conclusione et ipsa lex, & hæ nostræ lucubratiunculæ ad laudem DEI. OPT. MAX. Eiusq; Filij Seruatoris nostri clausæ sunt.

FINIS.

ERRATA.

c.3.a.l.2. diferat differat.l.3. acquiranda. acquirenda.l.5. lib. Parado x. lib.2 Parado x.c.3.b.l.9. temperis. temporis.c.4.a.l.21. uerda. uerba.c.5.a.l.14. ingnorãte. ignorante c.6.b.l.18 inuit. innuit l.27. anexo annexo.c.8.a.l.16. inuere innuere. l.21. inuunt innuunt.c 9. a. l.22. unius cuius.c. 11.a. l.14. facta factam.c.11.b.l.27. iposs ipsos.c.12.b.p.mar. ferrè. ferè.2. mar. ferrè ferè. c.13.b.l 9. poius potius.l.14. trebelliancã trebellianicã.c.15. a. l.19. pso ipso.c.15.b.12 psa ipsa.l.19. cõtrouersij. cõtrouersi.c.17.a.l.7. dicernimus discernimus.c.20.b l.1. distigunt distingunt.l.13. tantnm tantum.